

m) Ciceronis liber tertius academicorum. fol. 311.

Idem qui vulgo liber quartus.

n) Ejusd. de republica liber quartus. fol. 333'.

Est potius Timaeus s. de universo fragmentum.

o) Id., de somnio Scipionis. fol. 339'.

Cod. membr. 342 (non 346 aut 333) foliorum in folio maj. circiter a. 1460 in Italia eleganter scriptus, litteris initialibus affabre pictis et auratis. E bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 16 floren. et 6 gross., accessit ad Regiam. Goetze per errorem duobus locis de illo retulit; pertinent enim duae ejus notae ad unum eundemque codicem, quamvis foliorum numerus diversus traditus sit. Usus est eo Goerenz in libris academicorum, de legibus, Tusc. quaestt. Cf. Fridolf. V. Gustafsson, de Ciceronis primo de finibus bonorum et malorum libro quaestiones. Helsingf. 1878. 8. p. 16—19.

Elect. 47. Regia D 50. Goetze I p. 397 et II p. 81. Ebert, zur Handschriftenkunde Bd. 1. Leipz. 1825. 8. p. 76. Falkenstein p. 251.

### 107.

a) Ciceronis ad Herennium libri IV (qui in hoc cod. in sex libros sunt distributi). fol. 1.

b) Versus latini rhythmici de computatione annorum. fol. 49.

Incipiunt: Anni domini notantur in praesenti linea,  
Cum misertus mundi deus ad tollendum crimina.

c) Ciceronis de inventione rhetorica libri II. fol. 50.

d) Daretis Phrygii historia de excidio Trojae. fol. 95.

In fine mutila; desinit enim in haec verba: Priamus Argonautarum injurias commemorat, patris interitum, Trojae expugnationem. Cf. cod. Dd 231.

Cod. membr. 96 foliorum in fol. min. in Italia parum eleganter exaratus. Primus liber scriptus est saec. 13. exeunte, ejusque collationem a. 1818 instituit Krehl et exhibuit in museo crit. Vratislav. Reliqua scripta sunt saec. 14. exeunte. Ad bibl. Regiam accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 10 gross. 6 den., annoque 1590 novo tegumento est ornatus. Quattuor priores lineae tituli scriptae sunt manu G. Fabricii.

Elect. 520. Regia D 104. Goetze II p. 65. Falkenstein p. 251 seq.

### 108.

a) Ciceronis de oratore ad Q. fratrem libri III. fol. 1.

b) Ejusd. orator ad M. Brutum. fol. 112'.

c) Ejusd. Brutus s. de claris oratoribus. fol. 146.

Cod. membr. 192 foliorum in 4. maj. saec. 15. in Italia eleganter exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Fol. 1, 112' et 146 conspiciuntur insignia prioris cujusdam possessoris, tres erinacei, superimposita aquila et ad latus appositis litteris F. A. In folio, quod ab initio praecedit, Italus quidam eruditus saec. 15. nonnulla notavit, et fol. 112' et 146 inscriptiones librorum addidit G. Fabricius. Fol. 190 vacuum est, sed fol. 191 legitur excerptum ex Ciceronis epp. ad Atticum l. XIII ep. 1.